UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdicivm Philippi Melanthonis De Controversia Coenae Domini

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Ex Eadem Confessione aliquanto pòst.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

Visual Library

quicq;. Nam ſpiritualis manducatio tantum eſt credentium, iuſtificatorũ ſanctificatorum: Paulus vero vtroſq; dicit participare corpori & ſanguini Chriſti, dignos iuxta ac indignos .1. Cor. 11.

ANNOTATIO.

Memorabilis ſentẽtia, digna obſeruatione, propter recentiores iam Cinglianos, qui rudiorib. imponunt hac ambiguitate: Corpus & ſanguinem Chriſti vere adeſſe in Cœna, nequaq; abeſſe. Si ſpectes interpretationem, idem ipſis eſt, quod hoc loco dicitur, adeſſe ſpiritualiter, non etiam corporaliter, ſecundum virtutem, non ſecundum ſubſtantiam. Atq; eadem hæc ipſiſs, Philippi ſententia eſt in toto hoc ſcripto.

Sunt qui Acta huius Colloquij pro transactione citant, & conſenſione, ꝙ Luthero conuenerit cum Cinglianis, ad eam Confeſsionem ipſorum. Hæc q; ſit vaniſsima gloriatio, ex ipſiusmet verbis hîc clarè intelligis.

EX EADEM CONFESSIONE aliquanto pòſt.

Eodem numero omnes cenſeo, quicunq; ſunt, qui non credunt, Dominicum Panem in ſacra Cœna, non eſſe verum & naturale eius corpus, quod Iudas atq, impius perinde accipiat, ac Petrus illud accipit, & accipit quisq; pius. Hoc qui non credit, miſſum me faciat, nec cõſenſionem, amicitiam, aut cõmercia inter nos ſperet.

ANNOTATIO.

Prodeſt hoc dictum, perſpicue & grauiter vrgens Chriſti verba & interpretationem, de vera veri corporis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN